20.
40
842,5
842,23

in hunc locum. Si pecuniam et ceteras [illegible] lu-
brium amorem repperissem, que me multo dita-
re potuerant. Nam vos in vobis fecistis in quibus
vobis proficiat ad salutem. Post dies autem paucos
iussit sibi balneum preparari, et cum venisset
lavandi gratia, vidit senem demonium ha-
bentem et trementem valde. Quem dum admi-
raretur, alius puer adolescens egressus de
piscina procidit ad pedes apostoli dicens: Quid
nobis et tibi Andrea? Venisti huc ut eicias
nos de sedibus nostris? Stante autem admirante populo
dixit apostolus: Nolite timere, sed credite in
Ihesum salvatorem nostrum. Clamantibus autem omni-
bus: Credimus que predicas, increpavit utrosque
demones, et egressi sunt a corporibus possessis.
Dimissique vel senex vel adolescens ad pro-
pria sua. Beatus vero apostolus lavans dicebat:
Quia inimicus generis humani ubique insi-
diatur, sive in lavacris sive in fluminibus; et
idcirco nomen domini assidue invocandum est,
ut is qui vult insidiari non habeat potesta-
tem. Videntes autem viri civitatis [illegible]
et afferebant egrotos ponentes ante eum
et curabantur. Sed et de aliis civitatibus
veniebant cum infirmis et ipsi sanabantur.
[illegible]

diens et scorto ac fornicatione preceps ple-
rumque deducerer ad lupanar et exercebam illici-
ta. Et nunc tertia dies est in qua audivi mira-
cula que agis et predicationes tuas, que sunt
plene verbis vitalibus. Cogitabam enim mecum
ut relicto hoc opere venirem ad te ut mi
ostenderes meliora. Sed dum hec cogitarem,
veniebat in animum sensus ut hec relinque-
re et facerem bonum quod cogitavi. Luctan-
te conscientia mea accepi euangelium et oravi
dominum ut hec aliquando me faceret obli-
visci. Post dies vero paucos oblitus euangelium quod
super me erat, instinctu inimici cogitatione
perversa abii iterum ad lupanar. Et ecce mu-
lier meretrix videns me ait: Egredere se-
nex, egredere; angelus enim dei es tu, ne con-
tingas me neque appropinques huic loco. Video
enim in te mysterium magnum. Cumque ego obstu-
pefactus cogitarem quid hoc esset, recolui quod
euangelium mecum haberem. Et conversus veni ad te
famulum dei, ut miserearis erroribus meis.
Spes enim mihi est maxima quod non pereo si oraveris
pro humilitate mea. Hec audiens beatus An-
dreas cum multa contra fornicationem disser-
uisset, completis orationibus expansisque manibus
[illegible]

842,20
842,37

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden

homini, et si sit reputandus inter salvatos.
Et ieiunans altera die nihil ei revelatum
est de homine usque ad quintum diem. In
quo flens vehementer dicebat: Domine, precor
ut sis obtinens pietatem tuam, et ne iste qui
tua cognoscere desiderat magnalia,
cur non revertatur ut sanes illum? Hec eo di-
cente, vox de celis delata est dicens: Obti-
nes, Andrea, pro homine. Sed sicut tu ieiuniis fa-
tigatus es, ita et ipse studeat per ieiunium ut
salvetur. Et vocans eum predicavit ei abstinen-
tiam. Die autem sexto vocavit suos et roga-
bat ut universi orarent pro eo. Qui prostrati
solo orabant dicentes: Domine pie misericors,
remitte homini delictum suum. Quo facto
et ipse gustavit et ceteros manducare
permisit. Nicolaus autem rediens ad domum
suam omnia que habebat distribuit indi-
gentibus; ipse quoque se multum excruciavit,
ita ut per sex menses nihil aliud quam aquam
acciperet et pane arido vesceretur. Exacta
autem digna penitentia excessit a seculo. Beatus
autem apostolus non erat presens, sed in loco quo erat
vox ad eum facta est dicens: Andrea, meus af-
fectus est Nicolaus, pro quo deprecatus es. At ille
[illegible]

preceptum salvatoris quem predicas, beate
Andrea, mihi ostende et libera domum meam
de insidiis quibus temptatur. Ecce enim valde
turbata est. Cui sanctus apostolus: Enarra, ait, nobis,
homo, que contigerunt tibi. Et ille: Cum de iti-
nere meo ad domum reversus fuissem et ingre-
derer ianuam atrii mei, ecce audivi vocem
[illegible] declamantem. Cumque
interrogassem que esset hec vox, narraverunt
mihi qui aderant ipsum cum uxore et filio
male a demonio torqueri. Ascendens autem
ad superiora domus vidi alios pueros stri-
dentes dentibus et in me impetum facientes
et arridentes risus insanos. Quos cum pre-
terirem, ascendi iterum ad alia superiora in quibus
coniunx iacebat ab his verberata gravis-
sime, que ita erat amentie fatigatione
turbata ut cesariem super oculos demissam
neque aspiceret neque me cognoscere posset.
Hanc igitur rogo ut restituas mihi tantum; de
ceteris enim curam non habeo. Tunc sanctus apostolus mi-
sertus ait: Non est acceptio personarum apud
Deum, qui propterea venit ut cunctos salvos
faceret peccatores. Eamus ad domum eius.
Cumque pervenisset a Lacedemonia venisset
[illegible] domus

842,39
843,15
842,7
843,20